

§ 29	sancti Galli abbatem, incepit, que ^w non prius quam multis utriusque partis locis preda et igne consumptis cesisque hominibus sedari potuit.		
§ 30	<u>Rome Stephannus</u> papa obiit. Pro quo Romani corrupti pecunia quendam Iohannem <u>contra canones elegerunt</u> . Qui non <u>consecratus septem mensibus</u> nomine <u>Benedicti</u> decimi <u>sedens a duce Gotefrido expellitur</u> . Atque <u>Gerardus Florentie</u> , urbis Tuscie, <u>episcopus papa CLVI^{us}</u> substitutus <u>Nicolaus secundus</u> est appellatus.	Romae Stephanus papa obiit. Romani autem accepta pecunia quendam Ioannem contra canones elegerunt; qui sine consecratione per aliquot dies sedens, a Gotefrido duce expellitur, atque Florentinae civitatis episcopus CLVI. papa substitutus Nicolaus secundus est vocatus.	<u>Rome</u> post <u>Stephanum</u> quidam <u>Benedictus contra canones</u> privata quorundam gratia <u>electus</u> , sine <u>consecratione mensibus VII</u> prefuit ecclesie. Qui <u>a Gotifrido duce expulsus</u> , atque <u>Gerhardus Florentie episcopus secundus Nicolaus</u> vocatus <u>papa CLVI</u> . prefuit annis fere tribus.
§ 31	Eo tempore Henricus Augustensis episcopus apud imperatricem summum consilii locum habuit, quod ^x nonnullis regni principibus eius insolentiam egre ferentibus multum displicuit.	Eodem tempore Henricus Augustensis episcopus apud imperatricem summum consilii locum habuit, quod nonnullis regni principibus eius insolentiam non ferentibus multum displicuit.	

w) qui A.

x) quid A.